

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Liberalitas ai
cum fontibus primis

Refert cuius animi sit qui prestat,
non cuius status.

Seruum qui negat dare aliquando
domino beneficium, ignarus est iuris
humani;
refert enim, cuius animi sit, qui praestat,
non cuius status.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
3, 18, 2 (F. Préchac ed., vol.1, p.76).

Non est gloriosum quod ab inuito
et tergiuersante fit; nichil facit
uirtus quod necesse est.

Non est autem gloriosum quod ab inuito
et tergiuersante fit; nihil facit
uirtus quia necesse est.

Seneca LXXXIII. epistola.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 82, 17 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.276, ll.4-6).